



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

73

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

sufficit, quod pro utriusque Ecclesie, & rectorum commoditate fiant permutationes, *cap. ad questiones, in princ. de rer. permut. & gloss. in eod. c. hoc jus porrectum, §. item sibi invicem, 10, qu. 2.* & cum hoc casu permutationes non reperiantur prohibita, universaliter permittuntur, *arg. tex. in cap. inter corporalia, §. Sed neque, in fin. & ibi gloss. de translat. Episc. gloss. in d. cap. ad questiones, in ver. arbitrium, de rer. permut. & cap. cum apud, de sponsal. & matrim.*

73 Spirituale enim cum spirituali potest permolari, ut per gloss. in eod. c. ad quaestiones, in ver. queat. accedente tamen decreto Episcopi, vel ejus vicarii facultatem habentis in permutationibus factis à rectoribus Episcopis inferioribus, *cap. 1, de reb. Eccl. non alien. gloss. in d. cap. hoc jus porrectum, §. sed permolare, 10, quest. 2, gloss. in c. in ver. defensore, de reb. Eccl. non alien. in 6. & Bart. in auth. de Eccles. rer. immob. alien. num. 3.*

74 Cum laicis autem non licet permolare, nec illis bona ecclesiastica in emphyteusim concedi possunt, nisi duobus concurrentibus, quae copulativè requiruntur, nempe causa, & solemnitas, quorum unum sine alio minimè sufficit, *ur cap. sine exceptione, 12, qu. 2, c. tua nuper, de his, que si. à major. par. cap. extravag. Ambitiose, de reb. Eccl. non alien. Barb. conf. 14, nu. 1, & 2, lib. 2. Socin. qui de communi opinione testatur, conf. 24, num. 8, & seq. lib. 1. Redo. de reb. Eccl. non alien. qu. 36, num. 19. Covarr. in lib. 2, var. resol. c. 17, 78, num. 2. & Rot. divers. decis. 178, num. 1, par. 2.*

75 Causa enim, quibus bona ecclesiastica possunt permolari, vel in emphyteu-

sim concedi, sunt plures, de quibus supra num. 6, 8, 9, & 10 & præcipuè legitimæ sunt causa necessitatis, vel utilitatis, quorum prima per necesse concludere debet, quia, si necessitas est ficta, vel simulata, cui cum fructibus Ecclesie, aut aliis cum minori præjudicio potuisset provideri, si alienentur bona ecclesie maximi valoris, alienatio est nulla, *gloss. in d. cap. 1, in ver. defensore, de reb. Eccl. non alien. in 6. & ibi Joan. Monac. num. 3, Abb. in cap. nulli, num. 7, eod. tit. & Rot. divers. decis. 178, num. 6, & 7, par. 2.*

Quamvis etiam causa exprimitur in litteris, si in evidentem, nisi verificetur, rescriptum est nullum, & subreptitium, ut per Ruin. in *conf. 157, num. 26, lib. 1.* & quando subreptio versatur circa ipsam causam, sine qua Papa concessurus non fuisset, *Dec. conf. 142, nu. 5, & 6.* si in evidentem, & confirmatio subsequuta, non suffragantur, quin omnia reddantur nulla, *Rot. divers. par. 2. d. decis. 178, num. 1, 2, & 10.* Non enim sufficit, si in instrumento, vel in litteris Apostolicis, si in evidentem, narretur, vel attestetur concessionem in evidentem ecclesie utilitatem cedere, vel ob necessitatem, aut evidentem ejusdem Ecclesie utilitatem factam esse, *ur est text. in cap. 1, de reb. Eccl. non alien. in 6. & ibi Doct. Guid. Pap. decis. 151. Dec. conf. 142, num. 4, lib. ... & Redoan. in d. tract. de reb. Eccl. non alien. quest. 20, nu. 65, & 130, & quest. 23, nu. 43, & 46.*

Solemnitatum autem defectus per Papa supplet per clausulam in litteris, si in evidentem, apponi solitam, videlicet, supplentes omnes, & singulos defectus, &c. *Abb. conf. 41, lib. 1.* sed non supplet defectum